

Peri aristes didaskalias. De optimo docendi genere libellus / Novae medicorum Graecorum omnium editionis specimen exhibuit D. Carolus Gottlob Kühn.

Contributors

Galen.
Kühn, Karl Gottlob, 1754-1840.

Publication/Creation

Lipsiae : In commissis J.B.G. Fleischer, 1818.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/vu4aepes>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

23861/P
Ch Raoul 53050
ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ

ΠΕΡΙ
ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

CLAUDII GALENI
DE
OPTIMO DOCENDI GENERE
LIBELLUS.

NOVAE
MEDICORUM GRAECORUM OMNIUM
EDITIONIS SPECIMEN
EXHIBUIT
D. CAROLUS GOTTLÖB KÜHN

PROFESS. CHIRURG. PUBL. ORD. ET VARIARUM SOCIETATUM
ERUDITARUM MEMBRI. ETC.

LIPSIAE
IN COMMISSIS JOA. BENJAM. G. FLEISCHERI.
MDCCCXVIII.
1818.

25
650



P R A E F A T I O.

Quod dudum animo suscepi et nuper publice edisserui consilium edendorum a me graecorum medicorum, qui diutius, quam par erat, inculti et quasi derelicti latuerunt, id vehementer laetor a multis viris eruditis, iisque harum rerum peritissimis arbitris, non fuisse solum omnino probatum, sed separatim quoque ideo laudatum, quod **G A L E N U M**, quamvis verborum ubertate, seu potius luxurie saepius molestum scriptorem, tamen exquisita eruditione insignem, atque omnis theoriae medicae, de rebus in primis ad pathologiam pertinentibus, et terminologiae, etiamnunc a medicis usurpatae, praecipuum auctorem, ducendae medicorum graecorum pompaे principem esse voluerim. Qui quidem plausus, merito mihi et longe gratissimus, ultro currentem magis instigavit ad editionem illam, quam promiseram, propediem

inchoandam. Sed cum prudentia suadeat, imo jubeat, ut opus maxime sumtuosum non prius ordiendum curem, quam de faciendis in eam rem impensis securus esse possim, invitavi viros eruditos, quibus literae humaniores curae cordique sunt, universos atque singulos, ut hoc meum consilium commendatione iuvarent sua et colligerent nomina eorum, qui certam voluntatem emendi libri subscribendo praestarent. Nec omnino vana fuit spes, fore, ut consilio meo et commendatores et adjutores contingent plurimi. Etenim nonnulli, e quibus et honoris et grati animi caussa præ ceteris nuncupo **RUDOLPHIUM**, Berolinensem, **VOGELIUM** et **HUSCHKIUM**, Rostochienses, **CREUTZERUM** et **CONRADIUM**, Heidelbergenses, **SCHÜTZIUM**, **SEIDLERUM** et **WEINHOLDUM**, Halenses, **BURDACHIUM** et **LOBECKIUM**, Regiomontanos, **BENEDICTUM** atque **SCHNEIDERUM** juniorum, Vratislavienses, **MENDIUM**, Gryphiswaldensem, **THIERSCHIUM**, Monacensem, splendida academiarum, in quibus vivunt, lumina, virosque illustres **HIERONYMIUM** et **WILDBERGIUM**, illum a rerum medicinalium consiliis intimioribus et Serenissimi Principis Megalopolitano - Strelicensis me-

dicum, hunc superiorem rerum medicinalium consiliarium, MERRIMUM, Coloniae Allobrogum a rerum medicinalium consiliis, et ZEMPLINUM, olim literarum universitatis nostrae civem, nunc Vratislaviae feliciter artem facientem, hi, inquam, viri egregii tanto cum ardore consilium meum ad eventum promovere studuerunt, ut ipsorum et adhortationibus et exemplo numerus eorum, qui meae medicorum graecorum editionis redemptionem sponderent, ad ducentos et quod excurrit, creverit. Quorum quidem virorum officiis uti me ob auxilium communibus literis latum, et honorem mihi habitum, maxime devinctum esse profiteor, ita illis nunciandum esse existimo, numerum subscriptentium, qui hactenus mihi innotuere, adeo ne plenum quidem, nedum abundantem esse, ut plus dimidiam partem desideremus. Quam ob rem nisi aut principum liberalitas opus, de cuius magna utilitate inter omnes, penes quos hujus rei arbitrium est, constat, promoverit, aut ducenti ad minimum alii accesserint iis, qui jam nomina apud me professi sunt sua, totum consilium aut omnino abjiciendum erit, aut in feliora tempora differendum.

Sed alia quoque ratione labor, quem graecis medicis dicavi, maximopere juvari potest. Latent enim in bibliothecis, quarum adeundarum copia mihi nulla est, codices manuscripti **HIPPOCRATIS**, **GALENI**, reliquorumque medicorum, quos cum editis exemplis conferrem lubentissime, si eos aliquamdiu oculis et manibus usurpare mihi liceret. Quod in paucissimis tantum facere potui, qui in bibliothecis regia Dresdensi et academiae senatusque Lipsiensis adservantur. Rogatos igitur cupio etiam atque etiam omnes viros doctos, qui thesauris bibliothecarum manuscriptis codicibus ditissimarum praesunt, ut eos, iis saltem in locis, inspiciant, quae in editionibus vulgatis lacunis amplis foedata reperiuntur. Sic, ut his utar exemplis, e **GALENO** desumtis, in fine libelli, ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἥδη ταῖς τοῦ σώματος οράσεσι ἐπεται, laceratus misere locus reperitur, quem tamen codex **REINESII**, qui e biblioteca Schroeterorum Jenensium ad ipsum pervenerat, pleniorem habet una cum aliis, (vid. Ej. *epist. ad CP. HOFMANN. et RUPERT.* p. 522.) v. c. cod. cix. bibliothcae reg. Bavar. unde **IGN. HARDTIUS** (cons. *Catal. codd. mstor. bibl. reg. Bav.* vol. II. p. 14.) quaedam cum lectoribus communicavit,

quibus desiderium totius loci in nobis magis incensum, quam extinctum esse dolemus. Utinam mihi contingat, ut experiar eandem illustrium bibliothecae Monacensis curatorum liberalitatem, cuius memoriam olim collegae mei justa laude celebrarunt, neque hodie deposuerunt, quippe quibus codicum antiquorum, tum Augustae Vindelicorum, nunc Monachii adservatorum, tam expeditus usus concederetur, ut libri scripti, quibus egerent, haud gravate huc mitterentur, quo commodius eos cum impressis conferre possent. — Porro in praeclari operis *περὶ τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων* libro vii. post caput octavum sex sunt capita, quae in latina tantum leguntur editione. Initium *περὶ εὐπορίσων* deest, uti in libello *πτισσάνης* multae versus finem lacunae occurunt. Quam misere dilaceratus commentarius de libris, quos GALENUS composuit, ad nos pervenerit, neminem latere potest, qui vel fugitivis oculis illius opera pervolverit. Cum autem in illo commentario multa ad vitam GALENI, ad historiam librorum suorum et in primis ad genuinos a suppositis distinguendos facientia occurant, optandum est, ut omnes bibliothecarum anguli excutiantur, si forte alicubi inveniantur codices in-

tegriores, quibus illae lacunae suppleri et lacera **G A L E N I** membra apte componi et feliciter sanari possint. Totius commentarii de vocalium instrumentorum dissectione non nisi latina versio typis excusa est Lugduni 1556. 8., quae infelix sors et commentariis iv de iis accidit, quae in Platonis Timaeo de rebus medicis dicta sunt, de caussis procatareticis, de attenuante victus ratione, de muscularum dissectione etc. Nec integrum ad nos pervenit, certe in editionibus omnibus mutilum deprehenditur opus praeclarum de anatomicas administrationibus, cuius libri noni pars ea, qua **G A L E N U S** de spinalis medullae dissectione exposuit, et sex postremi libri periere toti. Magna quoque lacuna versus finem libri tertii reperiebatur in codice manuscripto, quem typis exscribendum curavit editor Basiliensis, quae, cum opera eadē huc in excudendo libro desudarent, ex alio codice fuit suppleta ^{a)}). Nuper per literas, humanitate plenissimas, me certiorem fecit Generos. Eques DE MERCY, medicinae graecae apud Parisinos professor publicus, Bosquillonium haud

a) Cod. mst. nostrae biblioth. acad., quamvis vitiōse scriptus, tamen in hoc ipso loco integerrimus est.

exiguam operam collocasse in hisce lacunnis
explendis et operibus G A L E N I a mendis quam
plurimis purgandis. Sed in quas manus post
viri hujus graece doctissimi obitum pervene-
rint lucubrationes istae, ignoro. Optandum
autem est, ut ab interitu vindicatae mox pu-
blicentur.

C o m m o d a autem sese mihi hoc loco of-
fert opportunitas, viris eruditissimis gratum
animum publice declarandi, qui curarum
suarum in diligenti medicorum graecorum
studio positarum fructus, ad orationem grae-
cam emendandam et lectionis veritatem resti-
tuendam utilissimos, maxima cum liberalitate
meo usui concesserunt. Inter hos in primis
commemorare juvat virum illustrem et expe-
rient. C A R. W E I G E L I U M , a consiliis aulae
et ord. St. Vladimir, et rubr. aquil. equitem,
qui artem salutarem maximo cum plausu Dres-
dae facit, et veteribus Graeciae medicis, in-
primis H I P P O C R A T I , A R E T A E O et A E T I O ,
singulare studium a multis inde annis feliciter
consecravit, et partim in itineribus, quaे
ad Italiae aliarumque regionum bibliothe-
cas aliquoties suscepit, codices medico-
rum graecorum manuscriptos cum editis
libris accurate contulit, partim opuscula

medica, nondum edita, v. c. AELII PRO-
MOTI περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων, ALEXANDRI
Aphrodis. περὶ πυρετῶν, PAULI NICAEI βιβλίου
ἰατρικοῦ, CASSII problemata inedita, aliaque
blattis tineisque erepta, jam ex Italia iterum
redux, sub communī *Anecdotorum graeco-*
rum titulo ad editionem praeparat. Is igitur
pro ea, qua est erga me amicitia et erga com-
munes literas favore, collationem codicis Vin-
dobonensis lexicorum Erotiani Galenique pa-
riter atque ea, quae, cum Galenum legeret,
emendandorum contextorum caussa margini
editionis Basileensis adscripserat, humanis-
sime mecum communicavit, plura inque iis
emendationum Galeni specimina et collatio-
nem codicis Vaticani Erotiani propediem da-
turus.

Neque vero minus de me meoque consi-
lio, deque omnibus, qui medicorum graeco-
rum scriptis justum pretium statuunt, pro-
meruit Eruditissimus D. STRUVE, gymnasii
Regiomontani director meritissimus, quem
ab Illustri BURDACHIO accepi multum labo-
rasse in emendando HIPPOCRATE et GALE-
NO. Quem ut primum rogaveram, ut mecum
humanissime communicaret, quae notasset
horum duumvirorum loca corrupta, et emen-

dare tentasset, statim annuit precibus meis, atque liberalissime concessurum se esse meis usibus omnia spopondit, quae aliquo modo vulneribus plurimis, quae librariorum ignorantia medicis graecis inflixit, sanandis inservire ipsi viderentur. Quam equidem conceperam animo spem, fore, ut hujus laboris erudit specimen Lectoribus in notis, quas huic de optimo docendi genere commentariolo subjunxi, offerre possem, eam negotia alia, Viro Eruditissimo vi muneric sui perficienda, vanam reddidisse doleo.

Praeter omnem exspectationem nuncius mihi adferebatur, etiam Illustrem C H R. F R. HARLESIUM, regi Borussorum a cons. intim. et in academia, quae Bonnae instituetur, clinices professorem publicum ordin., jam diu in Galeni nisi omnium omnino, certe primiorum operum editione adornanda labrasse atque subsidia varia sibi comparasse ad textum Galeni emendatiorem constituendum. Rogavi igitur eum per literas, ut aut mecum simul Galeni edendi provinciam administraret, aut subsidiorum ab ipso comparatorum usum mihi pretio soluto concederet. Paulo post certiorem me fecit vir illustris, se omnino moliri editionem potiorum Galeni scri-

ptorum criticam et animadversionibus instru-
ctam, quibus res a Galeno tractatas illustrare
atque theoriam et praxin medicam illorum
et nostrorum temporum inter se comparare
animum induxit: hunc ipsum laborem jam
magna ex parte profligatum esse, suamque
νοήσιν juvari insigniter exemplo editionis Galeni
Basileensis, cui C A S P. H O F M A N N U S , quem
olim Galeni editionem molitum esse inter
omnes constat, multa adscripserit. E quo
quidem libro, qua est insigni humanitate Il-
lustris H A R L E S I U S , nonnulla mecum com-
municasset, nisi laborem describendi, ob
literas inelegantes satis taediosum, gravis
quoque oculorum inflammatio molestiorem
reddidisset. Denique et H A R L E S I U S spem
fovet, fore, ut códices manuscriptos cum edi-
tis Galeni libris conferre possit. Ceterum in-
tra quinquennium hanc editionem tribus aut
quatuor voluminibus in forma quarta neuti-
quam prodituram esse, Vir Eruditissimus si-
gnificavit.

Jam nunc addenda sunt nonnulla de via
ac ratione, quam in editione medicorum grae-
corum adornanda sequendam esse duxi. Id
autem, cum primum ad hoc amplissimum
valdeque laboriosum negotium animum ap-

plicarem, in primis spectavi, ut medici graeci forma ad legendum apta, nec textu mendis typographicis corrupto exhiberentur. Sic enim spem concepi laetam, fore, ut viri eruditii prae ingenti, qui nunc obtinet, literarum graecarum amore, a legendis illis medicis, maligna robigine infectis, non abhorrentes, ad purgata et expolita eorum opera cupidius advolent, utilemque operam emendandis et illustrandis iis lubentius impendant. Praeterea aliud quoque mihi fuit propositum, quod si hac editione medicorum graecorum adsecutus fuero, felicem me praedicabo. Nam pendenti mihi non sine gravi animi dolore, quanta cum arrogantia multi nostrae aetatis medici vanarum hypothesis suarum specie delectentur, et alto supercilio contemnant non solum aequales suos, sed veteres etiam artis suae auctores, quorum ne orationem quidem intelligunt, nedum ut **HIPPOCRATIS**, **ARETAEI**, **GALENI** aliorumque, quos naturae diligentissimos scrutatores et fidissimos observatores perpetua veneratione prosequendos censemus, sapientiam agnoscere velint: tam parum mirum videtur, cur medici a naturae tramite, quem **HIPPOCRATES** & **ÆSÆS**, et qui ejus exemplum imitati sunt, feli-

cissime sunt persecuti, deflectentes, in tot errores praecipitentur, ut id unice mirer, qui fiat, ut omnino aliquid videant. Quos quidem errores ut medici juniores intuendo illustrium exemplorum documenta, imitatione dignissima, mature vitare discant, hac ipsa medicorum graecorum editione efficere studi. Quam rem cum ego in capiendo consilio unice spectarem, longe abfui, ut meum tempus studiumque in contextis e critics regulis de novo constituendis consumerem. Hoc enim qui perficere cupiet, instructior esse debet codicibus manuscriptis, accurate cum editis collatis, magisque me abundare otio, qui aliis negotiis districtus teneor, et ad haec studia non nisi animi recreandi caussa revertor. Quamobrem contexta graeca editionis Basileensis praecipue exprimenda curavi, deletis non nisi manifestis corruptelis, quas librariorum aut incuria aut ignorantia peperit, notatisque in dextro margine Parisiensis, in sinistro Basileensis editionum tomis paginisque.

Typothetarum errores emendavit Excel-
lentissimus GODOFR. HENR. SCHAEFERUS,
qui pro sua in me amicitia hujus laboris mo-
lestiam in se suscepit, cujusque ipsum nomen

fidem facit maxima in emaculandis preli vi-
tiis diligentiae.

Versionem latinam propterea addere pla-
cuit, ut viris, ceteroquin literarum graeca-
rum bene gnaris, a vocabulorum insolentia
nulla ad legendum et intelligendum mora ob-
jiciatur. Novam autem versionem totius Ga-
leni facere supervacaneum duxi, quippe
cum eam viri utriusque linguae intelligentis-
simi, J A N . C O R N A R I U S , C O N R . G E S N E R U S ,
alii exhibuerint, ut taceam illos, quorum
cura in singulis Galeni libris e graeca lingua
in latinam transferendis optime posita est, ut
D E S I D . E R A S M I aliorumque. Et C H A R T E-
R I U S quoque ex illis, quae suo tempore exsta-
bant, versionibus librorum singulorum lati-
nis selegit eas, quae ipsi optimae videbantur,
easque, sicubi fortasse opus erat, ad emen-
datorum suorum contextorum rationem
emendavit. Quamobrem C H A R T E R I I exem-
plum imitatus, ex ejus editione repetii versio-
nem latinam ^{b)}), ita quidem, ut, ubi aliam,

b) J o . C h . G L I . A C K E R M A N N U S , Altorsinae quondam
acad. prof. publ. ord., in J o . A L B . F A B R I C I I b i b l .
g r a e c . To. V. p. 500. putat quidem, C H A R T E R I U M
haud pro eo esse habendum, a quo latinas versiones

quam quae a CHARTERIO expressa fuit,
graecae orationis lectionem sequendam puta-
rem, huic quoque convenientem versionem
exhiberem.

Denique et de commentarii, a me pro-
missi, ratione quaedam monenda esse viden-
tur. Seilicet non is sum, qui existimem,
opus esse animadversionibus multis et verbo-
sis, in quibus non solum graeca contexta ad
critices regulas examinentur, sed et res a
medicis graecis tractatae ex hodierna artis
salutaris conditione dijudicentur. Tali enim
commentario, vel maximis doctrinae copiis
referto, medicorum graecorum editionem,
quam paro, per se jam vastae molis, magis
oneratum, quam ornatum et auctum iri, per-
suassimum habeo. Id imo mihi in hac edi-
tione curanda necessario et unice spectandum
videbatur, contextorum vera integritas, et
quam posset, vile editionis pretium. Et hoc
quidem probabit laboris atque promissorum
exitus: illud vero consequi studui, cum adhi-

*omnibus numeris absolutae atque textui ad omnem
partem respondentes proficisci potuerint. Sed quis
unquam eo arrogantiae processerit, ut hoc ipsum de
sua ipsius opera praedict?*

bendis, ubi usui venerat, scriptorum codicium variis lectionibus, et colligendis doctorum virorum coniecturis et emendationibus, passim dispersis, tum sedulo cavendo, ne typothetarum incuria aut meo aliquo errore nova vitia in textum introducerentur. Hoc modo equidem non nisi materiam collegi, quae aliis viris eruditis, quibus felicius contigit otium, utilis poterit esse ad medicorum graecorum contexta integritati suae magis magisque restituenda. Itaque in hoc specimene inveniet B. L. varietatem lectionis cum editionum Aldinae, Basileensis, Goulstonianae et Parisinae, tum codicum manuscriptorum, a THOMA GOULSTONO collatorum, praetereaque emendationes a JANO CORNARIO editioni Galeni Aldinae adscriptas, quibus Jos. SCALIGER^{c)} emendationes, quae exemplo Aldino copiosae adscriptae leguntur, in bibliotheca Guelferbitana publica adservato, cujusque usum ii, qui res Brunsuicensium gubernant, maxima cum liberalitate, id quod

c) Ex quo librum illum oculis manibusque tractavi, certus factus sum, contineri notationibus marginalibus hisce collationem unius alteriusve codicis mstii, a SCALIGERO cum editione Aldina factam.

gratissimus agnosco, mihi concesserunt, ad-didissem, si vel literulam vir ille eruditissi-mus huic Galeni libello adscripsisset.

Ceterum verba, quibus C A S P. H O F M A N-N U S usus est, cum edendi Galeni consilium cum viris eruditis communicaret, mea facio:
„Cupio rogatum, scribebat d), omnes bonos cordatosque, ut, si quae habeant Galeni scripta, sive nunquam edita, sive edita seorsim, sive cum, sive sine emendationibus, qua graecae, qua latinae orationis, ad me mittant, certi, de hoc ipsorum facto publice olim constiturum. Si qui etiam sint, in quorum manibus inventiantur correctiones nondum editae V E S A L I I, D O D O N A E I, C O R N A R I I, L A L A M A N T I I, G R E G O R I I, B U D A E I, R I C C I I, F A L C K E N-B U R G I I (addo P E T R I L A U R E M B E R G I I e),

d) *Comm. de usu part. c. h. libr. xvi. Francof. 1625.*
 f. in aversa tituli pagina.

e) Etiam ab hoc viro novam Galeni editionem graeco-latinam promissam fuisse, cum multis codd. collatam, infinitis in partibus auctam, emendatam et perpetuis commentariis illustratam, didici e J O A C H. M O R S I I praeftatione ad J o s. S C A L I G E R I loci cuiusdam Ga- leni difficillimi explication. doctissim. nunc prim. in luc. editam L. B. 1619. 4. Quae plagula longe rarissima est.

REINESII, ED. BERNARDI, TRILLERI,
REISKII, BOSQUILLONII, CORAYI, álio-
rum); *imo vero, si qui emendationes habeant*
ex collatione mss. in germanicis, italicis, gal-
licis, hispanicis, anglicis bibliothecis recondi-
torum, eos pariter rogo et obsecro, ut mecum
communicent, certi, unicuique sua sine labore
tributum iri. Hoc spondeo fide mea.“

Scripsi in literarum universitate Lipsiensi
ipsis Idibus Jun. A. R. S. MDCCXIX.

E Fabricii Bibliotheca Graeca

Lib. IV. c. 19. T. V. p. 399.

3. Περὶ ἀρίστης διδασκαλίας. *De optima doctrina* liber.

Extat in ed. princ. Aldina T. I. f. 4. in graeca Basil. 1538. T. I. p. 6. in edit. Chart. T. II. p. 16. in septima Junt. edit. in isagog. f. 30.

Scriptus est in Phavorinum *), philosophum, qui τὴν εἰς ἐκάτερα ἐπιχείρησιν ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν dixerat, a Galeno iuvene, ut videtur, non πρὸς ἔκδοσιν. Ipse enim eum libellum non memorat, neque in libro de libris propriis, neque in lib. de ordine libr. suor. **) Citantur in eo libri, qui interierunt, περὶ ἐπιδείξεως.

*) Damnant hanc huius nominis scribendi rationem, praeeunte Jonsio, OLEAR. ad Philostr. de vit. sophistar. lib. I. c. 8. p. 489. et REITZ. ad Lucian. Demonact. II. p. 580. not. 62. Nomen enim Favorini a favore derivandum esse docuerunt. K.

**) Quod quomodo Ackermanno excidere potuerit, haud video. Enumerat enim Galenus hunc libellum disertis verbis inter eos, quos post amplissimum *de demonstratione* opus, libris xv constans, fusiis elaboratos edidit, c. XII. T. IV. ed. Bas. p. 567. lin. 45. ed. Chart. T. I. p. 47. qui locus in Bas. ed. aliter legitur, quam in Chart. Videtur Charter. duos libros, ad Favorinum scriptos, in unum contraxisse. Verba enim ed. Basil. περὶ ἀρίστης διδασκαλίας πρὸς Φαβουρῆνος ὑπὲρ Ἐπικλήτου πρὸς Φαβουρῆνος εὐ, leguntur in Chart. ed. ita, ut πρ. Φαβ. post διδασκαλίας omittantur, et locus vertatur: *de opti-*

Codices. [Nullum equidem in catalogis codd. inveni. K.]

Editiones. Graece et lat. in *Opuscul. Gal. variis*, a THEOD. GOULSTONO recensitis, mendisque quam plurimis repurgat. et in lingua latin. clarior puriusque, quam antehac, traduct. etc. Lond. 1640. 4. p. 31 - 39. [E manuscriptis codd. Adelphi, Londinensi, vetere interprete et impressis invicem collatis graecum textum aliquanto purgatiorem exhibitum esse, contendit GOULSTON. Sed scatet innumeris typothetarum mendis. K.]

Versiones. *Latina NICOLAI DE RHEGIO*, quae est in edit. Oper. Galeni Papiensi (1515. f. Vol. I. p. 5.). ERASMI ROTEROD. quae est in Opp. Erasmi T. I. p. 1058. et edit. Gal. Iuntinis. In septima edit. in isagog. f.... Accessit haec Erasmi interpretatio Sexti Empir. opp. Par. 1621. f. Prodiit etiam cum Sexti Emp. Pyrrhon. hypotypos. lib. III. Galeni de optimo docendi genere liber, in quo adversus veteres Academicos Pyrrhoniosque disputat, D. Erasmo interprete, in ed. H. Stephani. Paris. 1562. 8. Seorsim exstat: CLAUD. Galeni contra Academicos et Pyrrhonios, interprete Erasmo Roterod. Antw. 1569. 4. PRATEOLI, doctor. med. Paris., versionem edidit R. Charterius [quam exprimendam curavi in sequentibus. K.]. JANI CORNARII exstat in edit. Gal. oper. latina Conr. Gesneri in isagog. p. 115. (TH. GOULSTONUS denique libr. laud. graeco textui versionem latinam adiunxit novam, eamque probabilem. K.)

ma doctrina pro Epicteto adversus Favorinum lib. un. Videtur autem mihi primo Φιλοσογίου nomen per ω scribendum esse, et deinde post priora προς Φαβ. interpunctio maior ponenda. Cum enim Favorinus scripserit librum ad Epictetum, hunc peculiari commentario refutandum sibi sumsisse videtur Galenus. K.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙ-
ΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

Κ ε Φ. α.

Ed. Τὴν εἰς ἐκάτερα ἐπιχείρησιν, ἀρίστην εἶναι δι- Ed.
Ch. διποικίαν ὁ Φαβωρῖνος Φησίν. ὃνομάζουσι δ' οὕτως Bas.
T. οἱ Ἀναδημιαικοὶ, παθ' ἣν τὴν ἀντικειμένην προσαγο- T.I.
II. πεύουσι. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι, τελευτὴν αὐτὴν εἰς
Pag. 16. ἐποχὴν ὑπολαμβάνουσι, ἐποχὴν παλοῦντες τὴν, ὡς ἂν
εἴποι τις, ἀριστίαν, ὅ, περ ἐστὶ περὶ μηδενὸς πράγ-
ματος ὄρισασθαι, μηδὲ ἀποφῆνασθαι βεβαίως. οἱ
νεώτεροι δὲ, οὐ γὰρ μόνος ὁ Φαβωρῖνος, ἐνίστε μὲν
εἰς τοσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν, ὡς μηδὲ τὸν ἥλιον
διμολογεῖν εἶναι παταληπτόν· ἐνίστε δὲ, εἰς τοσοῦτον
τὴν γνῶσιν, ὡς παὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπιτρέπειν αὐτὴν,
ἄνευ τοῦ διδαχθῆναι πρότερον ἐπιστημονικὸν ιριτήριον.
οὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν, ὁ Φαβωρῖνος εἰρηνευ ἐν τῷ
περὶ τῆς ἀναδημιαικῆς διαθέσεως, ὁ Πλούταρχος ἐπι-
γέργραπται. λέγει δὲ αὐτὸν ἐν τῷ πρὸς Ἐπίκτητον, ἐν
ῳ δήπου θεν ἐστὶν Ὁγήσιμος ὁ Πλουτάρχου δοῦλος
Ἐπικτήτῳ διαλεγόμενος. παὶ μέντοι πάντα τῷ μετὰ
ταῦτα γραφέντι βιβλίῳ, Ἀληβιάδει, παὶ τοὺς ἄλλους
τοὺς Ἀναδημιαικοὺς ἐπαινεῖ, προσαγορεύοντας μὲν
ἐκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων ἄλλήλοις λόγων, ἐπιτρέπον-
τας δὲ τοῖς μαθηταῖς αἰρεῖσθαι τοὺς ἀληθεστέρους.
ἄλλ' ἐν τούτῳ μὲν εἰρηνε, πιθανὸν ἐστρῶ Φαίνεσθαι,
μηδὲν εἶναι παταληπτόν. ἐν δὲ τῷ Πλουτάρχῳ συγχω-
ρεῖν ἔστιν, εἶναι τι βεβαίως γνωστόν. ἄμεινον γὰρ
οὕτως ὃνομάζειν τὸ παταληπτόν, ἀποχωροῦντας ὃνό-
ματι Στωϊκῷ. παὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον, νὴ τοὺς θεοὺς,

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER.

C a p. 1.

Argumentationem in utramque partem, optimam esse doctrinam censet Favorinus. Sic autem nominant Academicci eam, secundum quam oppositionam enunciant. Antiquiores igitur eam in epochen terminari autunant; epochen vocantes, ac si quis dixerit indefinitionem, *ancepsve iudicium*, quod est nulla de re determinare, nec certo enunciat. Recentiores autem (non autem solus Favorinus) aliquando eo promovent epochen, ut ne solem quidem fateantur esse comprehensibilem. Aliquando vero in tantum promovent cognitionem, ut discipulis eam permittant nondum prius edoctis de scientifico indicandi instrumento. Nec enim aliud est, quod Favorinus dixit in libro de constitutione academica, qui Plutarchus inscribitur. Idem autem dicit in libro ad Epictetum, in quo scilicet est Onesimus Plutarchi servus cum Epicteto disputans; ac certe eo in libro, quem postea scripsit, Alcibiade, et ceteros Academicos laudat, disputantes quidem invicem contrariis rationibus, permittentes autem discipulis ex his eligere veriores; sed in hoc quidem ipso dixit, probabile sibi videri, nihil esse comprehensibile; in Plutarcho autem concedere videtur, aliquid certo posse cognosci. Praestat enim sic appellare comprehensibile, abstinentes a Stoico nomine. Atque ego, per Deos, mirabar,

Ed. ὅπως ὁ Φαβωρῖνος εἰς τὴν τῶν Ἀττικῶν Φωνὴν εἰωθώς Ed.
 Ch. μεταλαμβάνειν ἔκαστα τῶν ὄνομάτων, οὐ παύεται Bas.
 λέγων, οὔτε τὸ παταληπτὸν, οὔτε τὴν πατάληψιν,
 οὔτε τὴν παταληπτικὴν Φαντασίαν, οὔτε τὰ τούτοις
 17 ἀντικείμενα οἷον στερητικῶς λεγόμενα, ἀνατάληπτον
 Φαντασίαν, ἢ τὴν ἀναταληψίαν αὐτήν. ὡς δὲ καὶ
 τρία βιβλία γράψας, ἐν μὲν πρὸς Ἀδριανὸν, ἔτερον
 δὲ πρὸς Δρύσωνα, καὶ τρίτου πρὸς Ἀρίσταρχον,
 ἀπαντα περὶ τῆς παταληπτικῆς Φαντασίας ἐπέγραψε.
 καὶ καθ' ὅλα γε αὐτὰ γενναίως ἀγωνίζεται, πειρώμε-
 νος ἐπιδεικνύναι τὴν παταληπτικὴν Φαντασίαν ἀν-
 ὑπαρκτού.

Κ ε Φ. β.

Ἐγὼ δ' οὔτ' ἄλλο τι παταληπτὸν ἥγοῦμαι σημα-
 γειν παρὰ τὸ γυνωστὸν, οὔτ' ἄλλο τι τὸ παταλαμβά- 7
 νεσθαι τοῦ βεβαίως γιγνώσκειν, ἀνάλογον δ' αὐτοῖς
 λέγεσθαι τὴν τε πατάληψιν, καὶ τὴν παταληπτικὴν
 Φαντασίαν. ἐπειδὴ γάρ ἔνια μὲν οἰόμεθα ἢ βλέπειν,
 ἢ ἀπούειν, ἢ ὅλας αἰσθάνεσθαι, παθάπερ ἐν ὅγειροις
 καὶ μανίαις· ἔνια δὲ οὐκ οἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ
 πατάληψιν ὄρῶμεν, ἢ ὅλας αἰσθανόμεθα· ταῦτα
 μὲν τὰ δεύτερα πάντες ἀνθρώποι, πλὴν Ἀναδημια-
 νῶν καὶ Πυρρωνείων, εἰς βεβαίαν γυνῶσιν ἥκειν νομί-
 ζουσιν· ἂν δ' ἔναρ ἢ παραπαιόντων ἡ ψυχὴ Φαντάζε-
 ται, ψευδῆ ταῦθ' ὑπάρχειν. εἰ μὲν δὴ συγχωροῦσιν
 αὐτὸ τοῦθ' οὔτως ἔχειν, εξαλειφάτωσαν, ἐν οἷς γρά-
 Φουσι, μήτε τοῦ μανομένου τὸν σωφρονοῦντα, μήτε
 τοῦ νοσοῦντος τὸν ὕγιαίνοντα, μήτε τοῦ κοιμωμένου
 τὸν ἐγρηγορότα πιστότερον ὑπάρχειν εἰς τὴν τῶν πρα-
 γμάτων γυνῶσιν. εἰ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐκείνοις ἔστιν,
 ἢ τοῖς ἐναντίως διακειμένοις γυνωστὸν, συγκέχυται μὲν
 δήπου τὰ τῆς ἀληθείας πριτήρια, οὔτ' αὐτὸς ὁ διδάσκα-
 λος ὁ Ἀναδημιανὸς, οὔτ' ὁ μαθητὴς αὐτοῦ δυνήσεται
 κρίναι, τοὺς εἰς ἐκάτερα τῶν ἀντιπειμένων εἰρημένους

quomodo Favorinus assuetus Atticae dictioni, singula nomina commutare non desinat, dicens neque comprehensile, neque comprehensionem, neque comprehensivam imaginationem; neque his opposita, ut quae privative dicuntur, incomprehensibilem imaginationem, vel ipsam incomprehensionem. Ut autem tres libros scripsit, unum ad Adrianum, secundum ad Drusonem, et tertium ad Aristarchum; hos omnes inscripsit de imaginatione comprehensiva, et per omnes hos libros strenue disputat, conatus demonstrare, non dari comprehensivam imaginationem,

C a p. 2.

Ego vero nihil aliud comprehensibile puto significare, quam cognoscibile; neque aliud comprehendere, quam certo cognoscere; similem vero his dici comprehensionem, et comprehensivam imaginacionem. Cum enim quaedam putamus vel videre, vel audire, vel omnino sentire, quemadmodum in somniis et deliriis; quaedam vero non arbitramur solum, sed revera videmus, vel omnino sensu percipimus: haec quidem posteriora omnes homines, praeter Academicos et Pyrrhonios, ad certam cognitionem venire credunt; quae vero per somnia, aut quae delirantium singit animus, falsa esse haec omnia. Si autem sic rem se habere concedant, debeat ea, quae sunt in libris, in quibus scribunt neque sapientem insano, neque sanum aegro, neque vigilantem dormiente, fide digniorem ad rerum cognitionem esse. Si vero nihil magis ipsis, quam contrario modo affectis cognoscibile, confusa sunt certe cognoscendae veritatis instrumenta; neque ipse praceptor Academicus, nec eius discipulus poterit iudicare de rationibus dictus in utramque partem

Fd. λόγους. ἔτι δὲ οὐ δεησόμεθα τὴν ἀρχὴν τοιούτων δι- Ed.
 Ch. δασκάλων, δυνάμενοί γε καὶ αὐτοὶ τὰ γεγραμμένα Bas.
 τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀντιδιηρημένων ἀναγνώσουειν,
 καὶ οὐδὲν ἥττον τῶν Ἀναδημιαικῶν εἰδέναι, καὶν ἀσα-
 φὲς αὐτῶν τι ἦ, τὸ μὲν παρὰ τῷ Χρυσίππῳ τοῖς
 Στωϊκοῖς διδασκάλοις ἀσφαλέστερον ὄνομάζειν ἐστί, τὸ
 δὲ παρὰ Θεοφράστῳ καὶ Ἀριστοτέλῃ τοῖς Περιπατη-
 τικοῖς οὕτω δὲ οὐχὶ τῶν ἄλλων, ὡστ' οὐδὲν ἂν τι
 λείποιτο πρὸς διδασκαλίαν τοῖς Ἀναδημιαικοῖς, ὃσον
 ἐπὶ τῷ Φαβωρίνου λόγῳ. τοῖς μὲν γάρ πρεσβυτέροις
 αὐτὸ δὴ τοῦτο ἦν δίδαγμα, τὸ μηδὲν εἶναι κριτήριον
 ἀνθρώπῳ δεδομένου ὑπὸ τῆς Φύσεως, ὃ παραβάλλων
 ἔκαστον τῶν ὄντων ἀκριβῶς διαγνώσεται. διὸ μηδὲ
 ἀποφήνασθαι περὶ μηδενὸς ἡξίουν, ἀλλὰ περὶ πάντων
 ἐπέχειν φέλει. ἀλλ' εἰ δὴ τοῖς Φυσικοῖς κριτηρίοις αἵσθησιν
 ἤμαντος συγχωρήσουσιν ἥμιν, οὐδὲν ἔτι δεησόμεθα τῆς
 εἰς Ἑνάτερα ἐπιχειρήσεως, ἀλλ' ἔτερου τινὸς ἀπαιτή-
 σεως, μᾶλλον μὲν τοὺς τεχνίτας παρέχοντας τοῖς μα-
 θηταῖς εὐθέως, ἀλλ' ἔτερον τὸ λογίζεσθαι, τὸ κα-
 λούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ψηφίζειν. τοῦτο δ' ἐστι τὸ
 ἐπισταθῆναι τῷ γυμναζομένῳ, καὶ τούτῳ προσέχειν
 τὸν νοῦν, ἐν οἷς σφάλλεται, καὶ ταῦτα ἐπανορθουμέ-
 νον μόνα. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐπανορ-
 θουται τὰ τῶν παλαιόντων ἀμαρτήματα, καὶ ὁ γραμ-
 ματιὸς, καὶ ὁ δήτωρ, καὶ ὁ γεωμέτρης, καὶ μουσι-
 κὸς, οὕτω διδάσκουσιν οὐ διασείοντες, οὐδὲ σαλεύοντες
 τῶν μαθητῶν ἦν ἔχουσι πίστιν ἐπὶ τοῖς Φυσικοῖς κρι-
 τηρίοις, ἀλλ' ἐφεστῶτες αὐτοῖς γυμναζομένοις, ἄχρι
 περ ἀν ἀναμαρτήτους ἀποδεῖξωσι τὰς κατὰ μέρος ἐνερ-
 γείας, ἀλλ' οὐχὶ τὴν ἐποχὴν εἰςάγοντες. οὗτοι γάρ
 εἰσιν οἱ καὶ ταῖς ἐνεργείαις σὺν αἰσθήσεσιν ἀπιστεῖν
 ἀνατιθέντες, ἢ τοῖς ὑπό του βεβαίως γιγνωσκομένοις
 καταφρούειν. ὁ γοῦν Καρυεάδης, οὐδὲ τοῦτο τὸ πάν-
 των ἐναργέστατον συγχωρεῖ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῷ
 αὐτῷ ἵστα μεγέθη, καὶ ἀλλήλοις ἵστα γίγνεται. τοὺς
 μὲν οὖν λόγους, οἷς ἐπιχειρεῖ λύειν καὶ ταυτὰ καὶ

oppositorum. Praeterea non indigebimus a principio eiusmodi praceptoribus, cum et ipsi possimus scripta, quae a sectarum auctoribus sunt ex opposito divisa, perlegere; nec minus quam ipsi Academicci dignoscere; et si quid ipsorum obscurum sit, id quod apud Chrysippum Stoicis praceptoribus, quod autem apud Theophrastum et Aristotelem ipsis Peripateticis certius nominare liceat; et sic de ceteris, ita, ut nihil Academicis ad doctrinam sit reliquum iuxta Favorini rationem. Senioribus enim hoc erat praceptum, nullum esse iudicandi instrumentum homini concessum a natura, quo cuncta, comparatione facta, accurate cognosceret. Quapropter nihil de ulla re volebant affirmare, sed de omnibus semper anceps ferre iudicium. Sed si nobis concedant, ut decet, naturalibus iudicandi instrumentis sensum sufficienter inesse, nulla iam nobis opus erit argumentatione in utramque partem, sed alia quadam repetitione, ut artifices non statim artem discipulis praebent, sed aliam argumentationem, a multis dictam calculis computationem, hoc est, praeesse ei, qui exercetur, et attendere, in quibus hic fallitur, eaque sola corrigere. Similiter et puerorum gubernator inctantium errores emendat, et grammaticus, et rhetor, et geometra, et musicus sic docent non labefactantes, neque convellentes, quam discipuli fidem habent de naturalibus instrumentis iudicandi, sed ipsis exercendis praefecti, donec singulas actiones edant inculpatas; non vero ad epochen adducunt, ipsi enim sunt, qui in actionibus cum sensibus diffidentiam afferunt, vel ea contemnunt, quae ab aliquo certo cognoscuntur. Carneades igitur neque id, quod est omnium evidentissimum, credendum esse concedit, quod magnitudines uni aequales sunt, et aequales inter se. Habemus igitur rationes, quibus haec solvere contendit, et

Ed. ἄλλα πάμπολλα τῶν ἐνάργως τὶ εἶναι σοι Φαινομένων Ed.
 Ch. τε καὶ πιστευομένων, ἔτι καὶ εἰς τόδε σωζομένους ἔχο- Bas.
 μεν. ἀπόκεινται γὰρ ἐν γράμμασιν ὑπὸ τῶν μαθητῶν
 αὐτοῦ συναθροισθέντες. αἱ λύσεις δὲ οὖθ' ὑπὸ ἐμείνων,
 οὗθ' ὑπὸ ἄλλου τινὸς εἴρηνται τῶν μετ' αὐτὸν Ἀκαδη-
 μιακῶν. ἀρότον, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν ἐθῆ-
 λωσε μόνον, ὅτι σοφίσματά εἰσιν οἱ λόγοι πάντες οὗτοι,
 καὶ ζητητέον τὴν λύσιν αὐτῶν ὑμῖν, ὡς μαθηταί;
 μοχθηρὸν μὲν γὰρ τοῦτο, σμικρότερον δὲ ὄμως οὐ πε-
 ποιήμασιν, οἱ γράψαντες μὲν αὐτοὺς, μὴ δηλώσαντες
 δὲ ὑμῖν, ὅποιοί τινές εἰσι.

Κ ε φ α λ. γ.

Ἡδέως δὲ ἀν ἥρόμην, εἴπερ ἦν Φαβωρῖνος, ἄρα
 γε κελεύει με πειθεσθαι αὐτοῖς ἀπασι τοῖς λόγοις,
 ἢ σκοπεῖσθαι, πότερον ἀληθεῖς εἰσὶν, ἢ ψευδεῖς. ἐν
 δὴ γὰρ σκοπεῖσθαι συνεχώρησεν. ἥρόμην δὲ ἀν ἐπὶ¹
 τῷδε πάντως, εἰ Φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει δια-
 πρίνειν ἀληθεῖς λόγους ψευδῶν, ἢ μέθοδός εστι τῆς
 ἐκατέρων γνώσεως; εἰ μὲν γὰρ Φύσει, πῶς οὐχ ὁμο-
 λογοῦμεν ἀλλήλοις ἀπαντες, οὐδὲ ὠταύτως ἀποΦαινό-
 μεθα περὶ τῶν αὐτῶν; εἰ δὲ μέθοδός τις εστιν, αὐτὴν
 πρώτην μαθεῖν ἐδεήθη. ἐξῆς δὲ ἐπιστατοῦντας αὐ-
 τοὺς γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐπὶ παραδειγμάτων
 πλειόνων, ὥσπερ οἱ παλαιέιν μανθάνοντες, ἢ σκυτο-
 τομεῖν, ἢ οἰνοδομεῖν, ἢ υαυπηγεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ
 ἀναγιγνώσκειν, ἢ γράφειν, ἢ ὄλως ὅτιοῦν ἐνεργεῖν
 κατὰ τέχνην. εἰ μὲν οὖν ἔγραψέ τις τῶν Ἀκαδημια-
 κῶν, οἷον μέν τι χρῆμα εστιν ἡ ἀπόδειξις, οἷον δὲ σό-
 φισμα, καὶ ὡς χρὴ διαγινώσκειν αὐτὰ, καὶ ὡς χρὴ
 γυμνάζεσθαι κατὰ ταῦτα, ὡς ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπει
 τὴν ιρίσιν, ὡς εἰς ἐκάτερα ἐπιχειρουμένων τῶν μαθη-
 τῶν, πλὴν ὅτι περιττός εστιν, ἐδίδασκεν ὁ Ἀκαδημια-

alia quamplurima eorum, quae evidenter existere tibi apparent, ac creduntur, adhuc ad id conservatas. Ab eius enim discipulis collectae scriptis mandatae fuerunt; solutiones vero neque ab ipsis, neque ab ullo alio Academicorum post eum allatae sunt. Igitur si nihil aliud, saltem hoc unum demonstravit, quod fallaces sint eiusmodi rationes, et quaerendam esse nobis harum solutionem, o discipuli? Improbum illud est, nec tamen minus improbe fecerunt, qui has scripsere rationes, nec, quales essent, vobis indicarunt.

Cap. 3.

Libenter quaererem, si Favorinus adisset, an iubeat omnibus his rationibus assensum me præbere, vel considerare, utrum verae sint, vel falsae; unum enim considerandum esse concessit. Quaererem autem in universum, num a natura singulis hominibus insitum sit, discernere veras rationes a falsis; vel sit aliqua ratio artificiosa ad utramque cognitionem. Si enim a natura, quidni omnes inter nos consentimus? et eadem de iisdem rebus pronuntiamus? Si vero sit quaedam methodus, ipsam primo oportuit addiscere, deinde Iudo praefectos, ipsos discipulos vario modo, exemplis quam plurimis exercere; ut eos, qui luctandi artem discunt, vel sutoriam, vel aedificatoriam, vel naves compingendi, vel rhetoricam, vel legendi, vel scribendi, vel alio quovis modo secundum artem operari. Si igitur quispiam Academicus scripserit, quid sit demonstratio, quid sophisma, et quomodo oporteat ea dignoscere, et quemadmodum circa ea sese deceat exercere, ut Favorinus permittit iudicium discipulis, in utramque partem disputantibus, nisi cum aliquid supervacaneum fuerit; docuerit

Ed. οὐδὲ ἔκαστου τῶν εἰρημένων, ἔχομέν τε ἡμεῖς τοὺς Ed.
 Ch. ιδίων τῶν δογμάτων διδασκάλους. εἰ δ' οὔτ' ἔγραψέ Bas.
 τις ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, οὔτ' ἐγύμνασεν, ὅμοιόν
 τι ποιεῖ τέντονι κελεύοντι τῷ μαθητῇ μετρῆσαι τε,
 καὶ στῆσαι, καὶ ἀποτεῖναι, καὶ κύκλου γράψαι, χω-
 ρὶς τοῦ πῆχυν δοῦναι, καὶ ξυστὸν, καὶ κανόνα, καὶ
 κιρκῖνον. ἀλλ' Ἰσως Φησὶ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον ἐν Φιλο-
 σοφίᾳ καὶ δόγμασι. μὴ τοίνυν ἔτι προεποιοῦ γιγνώ-
 σκειν τι, μηδὲ ἀποφάναι, μηδὲ ἀποδίδρασκε τὴν ὑπὸ^{τοῦ}
 πρετβυτέρων Ἀναδημιαιῶν εἰςαγομένην ἐποχὴν,
 μηδὲ σεμνύνου γραμματικοῦ ποιῶν ἔργον, ἢ μὲν εἰρή-
 νασιν οἱ πρόσθεν ἐκμεμελετηκώς· ὅτι δὲ αὐτῶν ὑγιές
 ἔστιν οὐδὲν, εὔδηλον ἐννόω. οὐδὲ γάρ διδασκάλου τό-
 γε τοιοῦτον ἔστιν, ἀλλ' ἀδολεσχία τις ἡ λῆρος. πόθεν
 οὖν ἐλπὶς ὑπολείπεται τῆς τῶν ἀληθῶν εύρέσεως; ἣ
 γάρ οὐδὲν ὑπάρχει πριτήριον ἀληθῶν καὶ φευδῶν, ἀν-
